

erunt occidua, neque deficient unquam, aut decrefcent. Erit enim Deus ipse Sol illius, cui immutabile, atque indeficiens lumen lunæ adinstar erit, sed indeficientis splendoris. Habebunt beata illius patriæ cives non à sole, & luna, sed ab eorum auctore Deo sempiternam lucem, & indeficiens gloriæ lumen. Ad hunc Isaïæ locum respexisse Joannem Apoc. 22. 5. communis, & certa est Interpretum existimatio. Loquens enim de caelesti Beatorum patria, ita habet: Et nox ultra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum. Et cap. 21. 23. Et civitas non eget sole, neque lunâ, ut luceant in eo; nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna ejus est Agnus. Nox non erit illic. Rectè Sanctus Augustinus in Hymno de gloria Paradisi in lib. Meditation. cap. 26. Non alternat luna vices, Sol, vel cursus siderum: Agnus est felix Urbis lumen inocciduum; quia videlicet à Deo, & Agno lumen profuit gloriæ indeficiens, quo Beatorum mentes illustrantur, & ad clarum Dei visionem elevantur, vel etiam ipsa beatifica visio, quæ indeficiens Dei lumen, & claritas appellatur. Vide Vasquez 1. parte, disput. 42. num. 6. Molinam 1. parte, quæst. 12. articulo 5. disput. 1.

Apoc. 22. 5.

Et c. 21. 23.

S. Auguſt.

Cant. 1. 7. Meridianum tempus dicitur status æternæ beatitudinis.

Origen.

Apoc. 1. 16.

S. Bernard.

Pfal. 83. 11. Vita æterna cum uno die consortur

imperfectioibus liber, & immunis. Una merito, inquit, (ait S. Laurentius Justinianus de S. Laur. Fasciculo Amo. cap. 6.) quia unica, quia singularis, quia cæteris longè dissimilior diuinitate, felicitate. In hac peregrinatione, dierum sunt millia gaudiis, & maroribus mixta, in atriis autem Domini una tantum esse dicitur, quæ per se sufficit, per se placet, nunquam fastidit, nunquam variatur. Similiter Davidis verba explicant S. Augustinus in eum Psalmum, & S. Bernard. Serm. 33. in Cantica. Quò etiam spectat S. Gregorius Papa in Pf. 7. ex Pœnitentialibus. Illa est dies, quam verus sol illuminat, qui nescit occasum, quam non obtenebrat nubes, non obscurat nebula, non obumbrat turbo, quæ rectè una dicitur, quia nullius finis termino angustatur. Constans igitur, & perpetua est Beatitudinis dies, quam æternus iustitiæ sol meridianus supra verticem elatus efficit, & perficit per lumen gloriæ indeficiens, atque indefessum.

S. Gregor.

§. I V.

Num permissum in hac vita, iustorum animis, ut in corpora de pleno gratiæ lumine paululum illucescat; & gloriæ splendorum prorumpant tantisper?

945 EX proximè dictis de indeficiente & exuberante gratiæ & gloriæ lumine, hanc novam, & pulchram explorationem excitamus. Unicuique ergo nostrum pronunciatum esto: Permissum non semel viatorum animis, ut in eorum corpora de plenitudine splendoris gratiæ nonnihil illucescat; & futuræ gloriæ fulgor prorumpat tantisper. Exemplo nobis sit unus Moyses, de quo habes Exod. 34. Exod. 34. 29. Quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Chaldaeus vertit: Quòd multiplicatus esset splendor gloriæ vultus sui. LXX. verò; Quòd glorificatus fuerat aspectus cutis faciei suæ. Ita lucida apparuit Moysis facies, ut radios luminis vibraret, quibus perstringebat, & siderabat oculos Hebræorum. Unde Paulus 2. ad Corinth. 3. 7. Ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus. Sed unde hæc splendidissimæ lucis copia in faciem Moysis oborta? Ex consortio sermonis Domini, ait sacer Textus. Etenim æstuabat ille desiderio beatae, diuinæque visionis. Ostende mihi gloriam tuam, Exod. 33. 18. Datum illi, ut conspiceret posteriora Dei, seu tergum; corpus scilicet gloriosum, & lucidissimum non in facie, sed in tergo; atque aded omne bonum. Vers. 19. Ex hac igitur splendidissima, & diuinissima visione eos contraxit Moyses radios, & afflati ei sunt splendoris illi, factusque est lucidus in anima, & subinde in facie, & corpore. Argutè proinde Chryzologus Serm. 166. Moyses ipse dierum quadraginta jejuniis ita humano defecatus est, & exinanitus à corpore, ut totus Diuinitatis mutaretur in gloriam: & adhuc in nostri corporis obscuro, toto fulgeret lumine Deitatis; neque intueri cum mortalium visus possit, qui substantiâ Dei diu pastus tota mortalis cibi oblitus fuerat adjuuenta. Cum Deo versatus Moyses sic de claritate Numinis participavit; sic lux excelsa & gloriosa, ejus perfudit vultum, ut dicitur totus Diuinitatis mutatus in gloriam, & fulsisse lumine deitatis. Certè clarissimum hoc lumen à Deo ipso in Moysis animum, ab animo deinde in ejus corpus

2. Corint. 3. 7.

Exo. 33. 18.

S. Chrysol.

oboriebatur; ut esset latentis sanctitatis illustre argumentum, internæ gratiæ index, & futuræ gloriæ species quædam splendidissima.

Stephano facies splendidissima à Spiritu S. plenitudine. Actor. 6. 15.

S. Bernard.

S. Nyssen.

Euseb. Gallican.

Actor. 7. 55.

Deus clarè visus à Stephano, dum lapidatur: inde totus splendidus promaturus. S. Nyssen.

946 Raptus Stephanus ab hostibus est, & in concilium inimicorum adductus; sic ibi splendidus, & radiosus apparuit, ut vultum Angelicum dicitur induisse. Actor. 6. 15. Et intuentes cum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli. Ad quæ verba Bernardus in Serm. de S. Stephano. Luminosa protomartyris facies. Lumine vultus Dei insignitur gloriosus levita, & vibrante splendore Stephanus serenatur. Et S. Nyssen in Hom. de S. Stephano: Ex natura hominis in Angelicam transmigratus, adeò ut ipsis etiam homicidis esset admirationi, quod facies ejus Angelorum dignitate insignis fulgeret. Sed unde Angelica hæc claritas derivata in Stephani vultum? Sacer textus declarat Actor. 6. 5. ubi appellatur plenus fide, & Spiritu sancto. Et vers. 8. Plenus gratiâ, & fortitudine. Ab hoc igitur fonte, gratiæ scilicet plenitudine in animo delitescens, ingens splendor derivabatur in Stephani corpus, quasi interioris sancti aius index. Abundantia cordis (ait Eusebius Gallicanus in Hom. de S. Stephano) transit in decus corporis: in interioris gloriæ candor interioris exundat; & abscondita peccatoris ornamenta speculum frontis irradiant: habens intra se Spiritum sanctum, or præ se gestabat Angelicum. Rursus, aliunde etiam hanc ingentem claritatem in Stephani corpus derivatam reor; nempe ex gloriæ lumine inspecto à Protomartyre. Sic enim habes Actor. 7. 55. Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in celum vidit gloriam Dei, & Jesum stantem à dextris Dei. Ubi multum videtur esse placitum. diuinum Numen tum clarè visum à Stephano. Ita S. August. Tom. 10. Serm. 96. de S. Stephano. Euseb. Gallic. relatus, S. Ennodius in Hymno de S. Stephano, Beda & Rabanus relati à Glossa Actor. 7. 55. S. Nyssen loco memorato, ubi hæc: Ipse natura humanam egressus etiam antequam migraret à corpore, puris oculis celi fores sibi patefactas adspicit, & quæ in celestibus adyis continentur, diuinamque gloriam, & gloriæ diuinæ splendorem contuetur. Ab hoc igitur diuinæ gloriæ splendore, luce excelsa & gloriosa animam Stephani tunc perfundente derivatam etiam dixerim externam illam splendidissimæ lucis copiam in Stephani corpus. 947 Possent plura alia in medium proferre exempla ex Actis Sanctorum novi testamenti; quorum vultus & corpora radiis Dei afflata, & tota radiosa sæpè apparuere: ut sic internum gratiæ lumen, & exuberans sanctitatis claritas prodereetur. Venio tamen ad primos humani generis Parentes, Adamum, & Evam in statu iustitiæ originalis constitutos: ut deinde gradum faciam ad Christum & Deiparam.

Adamus, & Eva ante peccatum toti splendidi ob internam sanctitatem in corpus redundantem.

ET quidem quod ad Adamum, & Evam spectat, aut novi sunt, obscurivè Theologi, qui scripserint, Adamum & Evam, antequam peccassent, singulari quodam corporis splendore Originariæ iustitiæ affecta, interiorisque sanctitatis indice ornatos processisse. P. Ildeph. de Flores in Eccles.

Quos eximia illa claritudine splendentes, alii utique auctores beatorum corporum claritatis quodam modo candidatos describunt; alii transfigurato Domino, Moysique & Eliæ ipsi adstantibus in majestate, Græcè & Sæxa, in Luc. 9. 31. claritate & gloria, conferunt. Sed verba etiam cum ipsis auctorum nominibus describenda, ut labori nostro studiosis grato splendor concilietur.

Patrum testimonia. S. Nyssen;

948 A beatorum corporum exemplo hunc Adami & Evæ splendorem explicat his verbis S. Gregorius Nyssenus Homil. in Ecclesiasten. Talis facta est anima, qualis rursus postea emundata apparebit. Tale factum est corpus, quod manibus Dei formatum est, quale tempore suo resurrectione demonstrabit: quale enim post resurrectionem esse videbis, tale omnino fuit primò; nec enim aliud est resurrectio quam reditus ad antiquum. Gregorium legisse visus est Isidorus Clarius, qui suppresso nomine, uti solet aliàs, Nysseni sententiam sic expressit, Genes. 2. ad illud: Erat autem uterque nudus, Adam scilicet, & uxor ejus, & non erubescabant. Rationem reddit Clarius. Erat eis pro vestimento quædam gloria, cujusmodi in resurrectione futura est. Scio Martinum del Rio, & Cornelium à Lapide haud leviter Isidorum Clarium hoc nomine carpsisse; sed eodem carpendus fuisset S. Nyssenus; immeriò tamen uterque tam inurbanè accipiendus; cum similem, non æqualem Adami & Evæ splendorem dixerint beatorum corporum claritati.

Genes. 2.

Clarius;

Moyſes & Elias splendentes, ut Adamus. S. Chrysoſt.

949 Moyſi & Eliæ transfigurationi adstantibus, eundem Adami & Evæ splendorem contulit Sanctus Chrysoſtomus in Homil. de Jejunio. Amisit Adam vestitum immortalitatis regium, pulcherrimum plusquam dici possit; quem quidem in monte Transfigurationis Domini Moyses & Elias gestaverunt. Imò verò ipsummet transfiguratum Dominum fulgentissimâ luce solis instar splendentes, Adami formam lucidissimam restituisse, sic docet Sanctus Anastasius Patriarcha Antiochenus in Orat. de Transfiguratione. Hodie natura illa Adami, quæ similis Deo facta, ad deformes Idolorum formas obscurata erat, transfigurata est in antiquam suam pulchritudinem ad imaginem, & similitudinem Dei. Hodie natura, quæ in montibus erraverat, & Idola colerat, sine sui mutatione in monte quæſita, splendoris divinitatis resurgentes emisit. Hodie qui tunicis illis tristibus & molestis indutus fuit, vestimentum à Deo factum sumpsit, induens lumen tanquam vestimentum. Tam aperta sunt Anastasii verba, ut legisse suffecerit.

Christus in transfiguratione restituit Adam formam luminis. S. Anast.

950 Suffragatur Cosmas antiquus etiam Theologus in Canonibus in Transfigurationem. Qui totum Adam gestasti, Christe, naturam obscuram, & hebetatam commutasti, & splendidam, ut jam antea, reddidisti, & in mutatione formæ tuæ deificasti. Subdit iterum: In hunc enim montem cum tu, Salvator, unâ cum Discipulis tuis ascendisses, naturam in Adam inumbratam Transfiguratus splendere rursus fecisti, mutans eam in divinitatis tuæ gloriam, & splendorem. Concludit denique: Hodie Transfiguratus in monte Thabor coram discipulis ostendit in se ipso naturam humanam ad exemplar pulchritudinem imaginis recuperasse. Nihil signatus. His recitatis testimoniis adimplatur Joannes sapiens cognomento Cyparissiotus in expositione materiaria eorum, quæ de Deo dicuntur, Decade 6. cap. 7. quod sic inscripsit:

Cosmas;

Cyperistio. inscripsit: Quod eam pulchritudinem, quam Adam ante peccatum habuerat, nunc naturam humanam recuperasse, Dominus in monte Thabor in se quidem prius ad vivum expressit, &c. Multis antiquorum Patrum testimoniis probare id pergit Joannes, quibus proprium addit suffragium. Hinc fit manifestum, quod eam pulchritudinem, quam habuit Adam, antequam non obediret, & eum splendorem, in quo tunc secundum naturam creatus est, nunc Dominus in corpore suo humano recuperasse naturam humanam præfiguravit, cum in monte Thabor plusquam sol splenduit.

951 Adnecto huic catenæ aliud non minus apertum Anastasii Sinaitæ testimonium in extremo lib. 10. Hexærom. Tu autem adhuc immorans in litera, considera etiam ipsorum actionem Protoplastorum, & quere, quis cum esset Adam, quid factus est post transgressionem. Erat enim totus lucidus, & Deiformis & imago quadam, ut ita dicam, Deo similis. Post inobedientiam factus est tenebrosus, & inornatus, atrum peccatum omnino indutus, &c. Et mox: Adhuc inquam dies lucidi erant primi Parentes, quando ex ligno nondum comedissent. Neque præclari Pfelli præclara verba præmittam. Dum enim illud exponeret Cantico- rum cap. 1. 4. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decoloravit me sol: sic fatetur. Cave putes me ita conditam obscuram, fuscam, ac tenebrosam: tota enim lucida sum facta ab opifice Deo. De prima humanæ naturæ creatione loquitur Pfellus, quam lucidam fuisse conditam totam disertè docet.

952 Postremò subscribit Moses Barzephaz Syrus Episcopus in Commentario de Paradiso p. 1. c. 28. circa medium. Amici erant gloria, atque idcirco non verecundabantur. Sicut enim Moysis faciem gloriâ contestam inueneri non poterant Israelitæ, & ut in solem stola gloriæ vestitum mortales oculorum aciem intendere nequeunt: præterea ut corpus Domini coopertum gloriâ solem ipsum fulgore, candoreque superabat, cum in montem se recepisset: denique ut ipsius vestimentum spectabile non est; ita Adam & Eva, quia vestiti erant gloriâ, nihil verecundabantur. Et paulò inferius ait, Beatos nullo pudore ex corporum nuditate suffundi: Quia vestiti erant gloriâ, quali erat indutus Adamus, atque Eva, antequam violassent mandatum. Hæc sunt, quæ de hoc externo Adami, Evæque splendore internam animi sanctitudinem prodente, antiqui hi Patres, doctissimi que scriptores prodiderunt.

953 Cæterum huic doctrinæ adhibenda est necessariò cautio, atque provisio, ne sic accipiatur, quasi tot, tamque sapientes viri statum illum Protoplastorum, quantumvis felicissimum, immodicè sic extulisse videantur, ut prædictum illorum splendorem, aut Christi Domini, aut gloriosi corporis claritati exæquaverint. Minimè illi quidem æquasse voluerunt, sed tam illustribus usi sunt exemplis, quibus peccati turpitudinem exprimerent, per quod factum est, ut tum illâ interioris gratiæ fulgentissimâ togâ, tum etiam lucidissimâ spoliati fuerint corporis chlamyde, internæ sanctitatis indice. Quemadmodum è contra alii Patres aliis longè inæqualibus exemplis usi sunt, ut beatorum corporum claritatem docerent; quod vel ex uno Cyrillo Jerosolym. Catechesi 18. licet addicere, ubi à theoria lucentis vermiculi ad gloriosi corporis con-

templationem affurgit. Itaque exempla quidem haud parem inferunt dignitatem, simile quoddam dumtaxat præ se ferunt. Hæc diligenter provisâ cautione, SS. Patres minimè alienum aut ab opificis, aut ab ipsa operis magnificentia censuerunt, si inter tot animi, corporisque dotes nobilissimas ac præstantissimas, quibus Deus humanam naturam, alteram veluti Pandoram (ut vocat Tertullianus lib. de corona militis cap. 7.) in illo felicissimo justitiæ originalis statu cumulavit, splendidiorem etiam vestem addiderit, lucem corporis externam, quæ internam gratiæ lumen portenderet.

§. V.

Sacra Christi, ac Deiparæ corpora corporeo lumine sæpè illustrata, latentis nimirum sanctitatis illustri argumento.

954 Certum illud esse debet, Christum & Mariam, dum mortalem hanc vitam ducerent, minimè circumtulisse visibilem aliquem splendorem perpetuum. Cæterum pro nata occasione, clarissimo subinde ipsos emicuisse lumine, latentis nempe ingentis sanctitatis illustre argumento, haud ignobiles testantur Scriptores. Principiò Christum recens natum, ubi primùm obscuratam Adami formam instaurans, humanis se oculis conspicuum exhibuit, novum exhibuisse Adamum, & quidem splendidum, testis est S. Amedeus Lausaniensis Episc. in Hom. 4. de B. Virg. dum ipsam suum infantem blandius foventem describit. Accipiens verò natum Emanuel adspexit lucem incomparabiliter sole pulchriorem. Amedeum hoc testimonii nomine commendat etiam noster Canisius lib. 4. de Maria Deipara cap. 9. Adde S. Vincentium Serm. de Christi Nativitate, eundem nascentis splendorem sic testantem: Quando Christus natus est, corpus resplenduit ut sol quando oritur. Et Sanctus Gregorius Thaumaturgus in Serm. 2. de Annuntiatione. Fascis involvebat eum, qui verbo omnem ligat creaturam. In præsepio reclinabat eum, qui in cathedra supra Cherubim vehebat. Lux et calis circumfulgebat eum, qui omnem illuminat creaturam. Et S. Zeno Veron. in Serm. 3. de Nativitate Domini. Ita Christus in homine se fecit nasci quemadmodum homo non potest nasci. Totumque sua luce resplendens corpus sine umbra gestabat, humilis carne, sed excelsus Omnipotentis maiestate. Ac demum S. Brigitta divinitus inspirata lib. 7. Revelation. cap. 21. Tan- tus fulgor (ex infanti recens orto) prodibat, & splendor, ut vix sol possit ei comparari.

955 Rursus, suppressam, pro mortalis vitæ suscepto ærumnoso statu, tantam lucis claritatem aliàs atque aliàs effuluisse, ac pro re nata in vultum Domini promanasse, locupletissimus auctor Sanctus Hieronymus fidem facit, dum Apostolos ex navibus, ex retibus, ex telonio, cælesti illo fulgore pellets, Christum infecutos edocet, Matth. cap. 1. Fulgor ipse, & maiestas Divinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Atque ut continentem vitæ Dominicæ cursum sequar, hic ipse erat splendor ille, ex internæ gloriæ summis adytis in sacrum corpus exundans, illudque in Thaboris vertice collustrans, quem

nuper citati Patres cum primo illo Adami splendore conferebant. Quin & illud omnibus, quæ Christus patravit, signis mirabilibus, quo nempe vendentes, & ementes Templo exegit, numulariorum mentas, atque columbarum venditorum cathedras evertit, huic ipsi maiestati adscribit Sanctus Hieronymus Matth. 21. Igneum enim quoddam, ac sidereum radiabat ex oculis ejus, & Divinitatis maiestas lucebat in facie. Tanto scilicet splendore percussis, terga prophani vertere coacti sunt.

956 Quid plura? Inter hostiles etiam militum manus, in Gethsemano horto, & voce, & fulgentissimo aspectu universam confluxerunt Romanorum cohortem: nam promicantibus ex Christi vultu cælestis lucis radiis perstrictos, in faciem procubuisse, idem ipse exponit Sanctus Hieronymus in Epist. 140. ad Principiam. Nisi enim habuisset & in vultu quiddam oculisque sidereum, nunquam eum statim secuti fuissent Apostoli, nec qui ad comprehendendum eum venerant, corruissent. Vide Salmeronem nostrum Tom. 10. Prologo 16. Exiguum quidem specimen Parentis gloriæ, gratiæque, sed verum quidem utriusque argumentum. Simile in Matre Virgine perquiramus, quod eximæ sanctitatis illius sit index.

957 Atque ut ab ipsa ejusdem Virginis Conceptione clarissima splendorem istum ducamus, haud de nihilo est, quod multi probant, in ipsomet orientis Auroræ corpusculo Deiparam fuisse conceptam, quasi prima fulgentissima luce Orbem univerſum collustraturam. Certè ipsam lucidissimam tunc advenisse, testatur Sedulius in Opere Paschali, quod auctor ipse solitâ oratione recuit, nuperque ad Pithæi antiquum exemplar editi Juretus: Et velut rosa suavis, atque mellifera, de spinoso capite nascitur, nihil laesura matrem, quam gratia jucunditatis obscurat: ita de spina nocentis Evæ Maria sacro veniente cum lumine, primæ Virginis lucem sequens Virgo dilueret. Celebre est hoc Sedulii testimonium in causa Mariæ immunitatis. Hoc tantum hinc petimus Mariam recens conceptam, atque Evæ spinæ proflus immunem, mirabili perfusam lumine in orbem fuisse ingressam: Maria sacro veniente cum lumine. Nec alienè quispiam eam sponsi vocem huc retulerit, clarissimam sponse Virginis Conceptionem, auroræ, lunæ folique conferentis Cantic. 6. v. 9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? Præsertim cum Angelus ille Brigittæ cap. 10. sui Sermonis de Virgineo corpore, Virgineæ animæ splendore perfuso, atque in ipsa Virginis Conceptione collucente, hæc fuerit interpretatus. Vide superius dicta ad illa Cantic. verba à num. 172. Nec in Conceptione tantum eximium hunc splendorem, originariæ gratiæ indicem, Maria prodidit, sed aliàs atque aliàs, prout tam eximæ sanctitatis testandæ occasio, ratioque ferebant.

958 Certè quidem ab Angelica Annuntiatione ad Virgineum usque partum mirabili quodam fulgore imbutam circumfulsisse undique Deiparam, haud obscuri testantur Auctores. Primus esto Sanctus Gregorius Thaumaturgus Sermone 2. de Annuntiat. ubi Gabrielem loquentem sic inducit: Quoniam & tu sancta omni humana natura delectatior, purior, sanctiorque præterea præ-

S. Anast. Sinait. Adamus totus lucidus, & Deiformis.

Cant. 1. 4.

Adam, & Eva gloria amici Solem superante. Moses Barzeph.

Doctrina præjacta cautio adhibetur.

Christus recens natus ut sol.

S. Amedeus.

S. Vincent.

S. Thaumaturgus.

S. Zeno.

S. Brigitta.

Christus dum vixit luminosus pro re natus.

S. Hieron.

In Thabor nuper

nuper citati Patres cum primo illo Adami splendore conferebant. Quin & illud omnibus, quæ Christus patravit, signis mirabilibus, quo nempe vendentes, & ementes Templo exegit, numulariorum mentas, atque columbarum venditorum cathedras evertit, huic ipsi maiestati adscribit Sanctus Hieronymus Matth. 21. Igneum enim quoddam, ac sidereum radiabat ex oculis ejus, & Divinitatis maiestas lucebat in facie. Tanto scilicet splendore percussis, terga prophani vertere coacti sunt.

956 Quid plura? Inter hostiles etiam militum manus, in Gethsemano horto, & voce, & fulgentissimo aspectu universam confluxerunt Romanorum cohortem: nam promicantibus ex Christi vultu cælestis lucis radiis perstrictos, in faciem procubuisse, idem ipse exponit Sanctus Hieronymus in Epist. 140. ad Principiam. Nisi enim habuisset & in vultu quiddam oculisque sidereum, nunquam eum statim secuti fuissent Apostoli, nec qui ad comprehendendum eum venerant, corruissent. Vide Salmeronem nostrum Tom. 10. Prologo 16. Exiguum quidem specimen Parentis gloriæ, gratiæque, sed verum quidem utriusque argumentum. Simile in Matre Virgine perquiramus, quod eximæ sanctitatis illius sit index.

957 Atque ut ab ipsa ejusdem Virginis Conceptione clarissima splendorem istum ducamus, haud de nihilo est, quod multi probant, in ipsomet orientis Auroræ corpusculo Deiparam fuisse conceptam, quasi prima fulgentissima luce Orbem univerſum collustraturam. Certè ipsam lucidissimam tunc advenisse, testatur Sedulius in Opere Paschali, quod auctor ipse solitâ oratione recuit, nuperque ad Pithæi antiquum exemplar editi Juretus: Et velut rosa suavis, atque mellifera, de spinoso capite nascitur, nihil laesura matrem, quam gratia jucunditatis obscurat: ita de spina nocentis Evæ Maria sacro veniente cum lumine, primæ Virginis lucem sequens Virgo dilueret. Celebre est hoc Sedulii testimonium in causa Mariæ immunitatis. Hoc tantum hinc petimus Mariam recens conceptam, atque Evæ spinæ proflus immunem, mirabili perfusam lumine in orbem fuisse ingressam: Maria sacro veniente cum lumine. Nec alienè quispiam eam sponsi vocem huc retulerit, clarissimam sponse Virginis Conceptionem, auroræ, lunæ folique conferentis Cantic. 6. v. 9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? Præsertim cum Angelus ille Brigittæ cap. 10. sui Sermonis de Virgineo corpore, Virgineæ animæ splendore perfuso, atque in ipsa Virginis Conceptione collucente, hæc fuerit interpretatus. Vide superius dicta ad illa Cantic. verba à num. 172. Nec in Conceptione tantum eximium hunc splendorem, originariæ gratiæ indicem, Maria prodidit, sed aliàs atque aliàs, prout tam eximæ sanctitatis testandæ occasio, ratioque ferebant.

958 Certè quidem ab Angelica Annuntiatione ad Virgineum usque partum mirabili quodam fulgore imbutam circumfulsisse undique Deiparam, haud obscuri testantur Auctores. Primus esto Sanctus Gregorius Thaumaturgus Sermone 2. de Annuntiat. ubi Gabrielem loquentem sic inducit: Quoniam & tu sancta omni humana natura delectatior, purior, sanctiorque præterea præ-

genita es (expendo verbum progenita es, ex quo cum Gregorio assero, Mariam splendidam, puram, sanctamque fuisse conceptam) ac nive quidem candidiorem habens mentem; quovis autem auro, quantumvis splendenti, purificatum magis corpus. Ventrem verò qualem Ezechiel vidit, & qualem recensuit, talia dicens: Similitudo animalium super caput quasi firmamentum, & quasi aspectus crystalli formidabilis. Et similitudo throni super ea, quasi aspectus lapidis sapphiri, & super thronum tanquam similitudo hominis, & quasi aspectus electri; & intrinsecus ejus velut aspectus ignis per circuitum. Perspicue igitur Propheta natum ex S. Virgine, in figura & umbra cernebat, quam tu S. Virgo portare non posses, nisi omni claritate, æternis dignis, atque virtute pro tempore illo resulgeres, & resplenderes. Hactenus Thaumaturgus, B. Virginem pro illo Incarnationis, nomenstris gestationis, faustissimæque parturitionis tempore, non minus illustrem, atque cælesti quodam lumine splendidam describit, quàm Ezechiel divinum illum Currum depingit, quem cap. 2. 1. similitudinem gloriæ Domini nuncupat; & cap. 10. 4. addit, totum Templum fulgentissimâ illius luce micuisse: Et atrium repletum est splendore gloriæ Domini. Huic igitur longè nobiliorem Virginis splendorem confert, imò præfert Gregorius. Suffragari voluisse visus est Epiphanius Serm. de laud. Virg. ubi illam compellat Thronum Cherubicum, cruciformem, & celestem. Sed hujus curus descriptio atque mysteria secretiora sunt, quàm ut brevi possint observatione declarari.

959 Strabus Fuldenſis ad illud Matth. 1. v. 25. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. sic scribit: Dicitur quod Joseph Mariam facie ad faciem videre non poterat, quia Spiritus sanctus impleverat penitus. Hanc Strabi explicationem retulit, nec repulit S. Thomas, imò dum paulò ulterius explicuit, probasse visus est 3. p. quæst. 28. artic. 3. ad 2. Quidam hoc referunt ad notitiam visus. Sicut enim Moysis cum Deo alloquerentis glorificata est facies, ut non possent intendere filii Israel, sic Maria claritate virtutis Altissimi obumbrata cognosci non poterat à Joseph. Utrisque subscribit Rutilius Laurentanus Episcopus lib. 2. in Cantic. Magnificat. cap. 22. dub. 3. Adde etiam, ex vultu Virginis, dum Christum portavit in ventre, splendorem quemdam radiantem promicare solitum, ut asserit Glossa, & B. Thomas 3. p. qu. 28. art. 3. Ex quo Joseph tantam accepit reverentiam, ut ab ea, tanquam indignus, recedere cogitaret. Et est bona expositio. Subtexit deinde: B. Brigitta in suis revelationibus affirmat, Deiparam, dum pareret Dominum, solam fuisse in præsepio, ac Joseph ob summum splendorem, eximiamque claritatem, quæ de ejus facie emanabat, ac reverentiam inde conceptam, partui Virginis non interfuisse, tunc nempe quando actu peperit Salvatorem. Similia habet Sanctus Vincentius Ferrerius in Sermone 3. de Virginis Nativitate, & Serm. in Vigilia Nativitatis.

960 Suppressa deinde cælestis lunæ lux illa clarissima, atque pro exorti, moxque obducti sui solis exemplo, & pro illius modestiæ exigentia, mirabili quadam eclipsi totus ille splendidissimus fulgor cohibitus est. Erupit tamen, emicuitque rursus in Purificatione, teste Jerosolymitano Presbytero Timotheo

S. Hieron.

Dum in horto comprehenditur, apparet lucidus.

S. Hieron.

Deipara in suo Conceptione, ut lux fulgens, sicut in corpore ejus redundans.

Sedulius.

Cant. 6. 9.

Deipara dum Christum concepit, & nuptio portans, tota luminosa pro re nata.

S. Gregorius Thaum.

Maria curru Ezechielis splendidiſſimo assilavit.

Ezech. 1. 1.

Et c. 10. 4.

S. Epiphanius.

Matth. 1. 25. Strabo Fuldenſis.

Deiparam facie ad faciem videre non poterat ob eximium ejus splendorem.

S. Thom.

Rutilius.

S. Brigittæ.

Deipara in sua purificatione splendida apparuit Simeoni.